

NOVAE OBSERVATIONES AD TRAGICORUM GRAECORUM FRAGMENTA

Aeschyli fragm. 210. ed. Nauck.²

σιτουμένην δύστηνον ἀθλίαν φάβα

μέσαστα πλευρὰ πρὸς πτύοις πεπλεγμένην

Corrigendum arbitror: τοῖς πτύοις πεπληγμένην, partici-
pium cum Schweighaeusero. Σιτουμένην sanum est, signifi-
cans ὅτε σιτεῖται. Dum grana captat, palumbes imprudens ni-
mium appropinquat ventilantibus agricolis, qui ventilabris suis
miseram avem male mulcant, ita ut fractis alis iaceat. Hac
imagine poeta usus esse videtur de hominibus aviditate sua
ruentibus in perniciem.

Aeschyli fr. 310.

λευκός, τί δ' οὐχί; καὶ καλῶς ἠφευμένος

ὁ χοῖρος· ἔψου, μηδὲ λυπηθῆς πυρί.

Quid sibi velint tria ultima verba non perspicio, nam etiamsi
possint significare μηδὲ βλαφθῆς τῷ πυρί, quod nego¹, vix
satis apta videntur. Nec comparatum, cuius memini, Pherecratis
comici fr. 60 K. ἀνέπλησα τῷ φθαλμῷ πάλης φουσῶν τὸ πῦρ du-
bitationem animo meo evellit, quia iusto obscurius ita diceretur.

Intellegerem μηδὲ φείση τῷ πυρί, qualem mutationem praeter
neglectam pausam Porsonianam verbatim correctionis violentia. Restat
ut corruptum dicamus πυρί et emendemus μηδὲ λυπηθῆς ¹περ,
i. e. πάτερ, aut πέρα, i. e. iamque contentus esto aut ἔψου·
μή με λυπήσης πέρα i. e. noli amplius mihi molestus esse. Me-
dium ἔψου tibi coque significat, ut Plato Rep. II 372c dixit
λάχανα ἐψήσονται.

Manifesto ex fabula satyrica locus petitus est.

Aeschyli fr. 338.

οὐδὲ ἄπο αὐτὸν οὐ γὰρ ἐγγύθεν.

γέρων δὲ γραμματεὺς γενοῦ σαφῆς.

¹ Quamquam haud ignarus sum formulae Thucydideae λυπεῖν τοὺς
πολεμίους.

Headlam locum pessime habitum sic tentat:

σύ δ' ἔξ ἀόπτου <. . . ον>· οὐ γὰρ ἐγγύθεν
<σθένεις>, γέρων δὲ γραμματεὺς γενοῦ σαφῆς.

Quae quidem partim aperte non sufficiunt, sed suggerunt tamen meliorem, ni fallor, coniecturam hanc

σύ δ' ἔξ ἀόπτου <στάς νυν>· οὐ γὰρ ἐγγύθεν
<σθένεις> γέρων <ῶν>· γραμματεὺς γενοῦ σαφῆς.

tu vero stans e longinquo — prope enim adstans propter senectutem nequis — distincte legas.

Aeschyli fr. 359.

σύ τοί μ' ἔφυσας, σύ με καταίθειν δοκεῖς

Pro corrupto verbo Heath καταφθειν, Rhode καταικειν coniecerunt. Equidem malim:

σύ τοί μ' ἔφυσας, σύ <δέ> με καὶ φθίσειν δοκεῖς.

Sophoclis fr. 19.

κέστρα σιδηρᾶ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν
ἠλοῆσαι πλεῖον.

Duo ultima vocabula depravata esse constat, nec dubium est, quod plures agnoverunt, quin sub ΠΛΕΙΩΝ lateat παίων, sed prioris correctio incertior. Proposita sunt ἠλαυνε et ἠθλησε, quorum neutrum mihi quidem arridet, sed praeplacet ἠλκωσε, *vulneravit*. Non dubito quin in hoc Aegei fragmento agatur de Procruste (sive Procopta sive Polypemone), de quo praeter Plutarchum in Thesei vita nunc vide Bacchylidem XVII 27 ed. Blass.

Πολυπήμονός τε καρτερὰν σφύραν ἐξέβαλεν
Πρόκοπτος κτέ.

Ipsa Thesei verba videntur ad patrem, qui (fr. 21) rogat

πῶς δῆθ' ὀδουρὸν ὁμοίως ἐξέβης λαθῶν;

de quorum verborum emendatione consulatur Nauck.

Sophoclis fr. 41.

πατὴρ δὲ χρυσδὺς ἀμφίλινα κρούπαλα.

Quamquam Hesychius haec affert s. v ἀμφίλινα κρούπαλα, non tantum χρυσδὺς, sed etiam ἀμφίλινα, quod Pape λινόδετος interpretatur, vitiosum esse arguit breve iota vocis λίνον. Quin enim non ex chorico carmine sed e dialogo hic versiculus petitus sit, vix potest dubitari. Quid tamen latere possit, frustra quaero.

Sophoclis fr. 76.

κακὸν τὸ κεῦθειν κοῦ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς.

Nisi forte eclogarii aut librarii culpa quaedam omissa sunt necessaria ad intellegendum verbum κεύθειν, coniecero κλέπτειν.

Sophoclis fr. 101.

ἄλλ' ἀξίως ἔλεξας οὐδὲ μὲν (οὐδ' ἐμοὶ Porson) πικρῶς
γένος γὰρ εἰς ἔλεγχον ἐξιὸν καλὸν
εὐκλειαν ἂν κτήσαιο μᾶλλον ἢ ψόγον.

Blaydesii coniectura λόγων pro καλὸν nihil proficitur. Tam sententia quam sermonis ratio postulare videntur, ut rescribatur:
γένους γὰρ εἰς ἔλεγχον ἐξιῶν καλὸν
εὐκλειαν ἂν κτήσαιο μᾶλλον ἢ ψόγον.

Cf. Soph. Philoct. 98. Sed καλὸν num recte se habeat dubito.

Sophoclis fr. 139.

οὗτοι γένειον ὦδε χρὴ διηλιφές
φοροῦντα κἀντίπαιδα καὶ γένει μέγαν
μητρὸς καλεῖσθαι παῖδα, τοῦ πατρὸς παρόν.

Plura in his laborant. Primum διηλιφές (sic Casaubonus pro διήλειφες) non sanum videtur, quia procul dubio agitur de barba non *uncta*, sed *spissa*, itaque expectatur diherphés, aut κατηρεφές, deinde vero ἀντίπαις vix potuit appellari homo barbatus, nec γένει μέγας ferri potest dictum pro φύσει μέγας, quod ipsum post praegressa turpiter abundaret. Aperte lenibus remediis locus adeo male habitus nequit sanari. Venit in mentem

οὗτοι γένειον ὦδε χρὴ διηρεφές (κατηρεφές?)
φοροῦντα κοῦ τι παιδίκ' ἀντικνήμια
μητρὸς καλεῖσθαι παῖδα, τοῦ πατρὸς παρόν.

Sophoclis fr. 159.

γλώσσης μελίσσης τῷ κατερρυηκότι.

Suspicio:

γλώσσης μέλισσα σῆς κατερρύηχ' ὄση!

Sophoclis fr. 165.

ἄλλ' οὐδὲ μὲν δὴ κἀνθαρος τῶν Αἰτναίων πάντως.

Schol. Ar. Pac. 73. Σοφοκλῆς Δαιδάλω' ἄλλ' — πάντως'. λέγει δὲ πάντως εἰκάζων εἰς (ὡς?) μέγαν. Grammaticus voluisse videtur 'dicit autem (ita poeta) *omnino*', non vero 'dicit πάντως', et πάντως hinc errore repetitum esse post senarium Sophocleum

ἄλλ' οὐδὲ μὲν δὴ κἀνθαρος τῶν Αἰτναίων,

quem cur poetae cum Nauckio abiudicemus non reperio causam idoneam.

Sophoclis fr. 210.

τοίγαρ ἰώδη φυλάξει χοῖρος ὥστε δεσμίων.
Fortasse legendum est

τί γάρ;

ὄν δεῖ φυλάξει χοῖρον ὥστε δέσμιον.

Sophoclis fr. 324.

ταῦτ' ἐστὶν ἀλγιστ', ἣν παρὸν θέσθαι καλῶς
ὤτός τις αὐτῷ τὴν βλάβην προσθῆ φέρων.

Participium φέρων, quo de temeraria actione interdum Graeci utuntur, nescio an iniuria tentetur. Cf. v. c. Plat. Rep. I 354 B et vide Hemsterhusium ad Luciani Dial. Mort. 6, 3.

Sophoclis fr. 458.

ἡδὺ ξανῆσαι καὶ προγυμνάσαι χέρα.

'Hoc loco positum ἡδὺ num ferri possit dubitat Hilberg Princip der Silbenwägung p. 215.' Si vere, possis v. c. ἡ δεῖ, sed cf. fr. adeo p. 458, ubi tamen cum eodem, coll. adeo p. 491, conici potest ὄξυς βλέπειν, et Soph. fr. 790

ᾧ θεοί, τίς ἄρα Κύπρις ἢ τις ἕμερος
τοῦδε (τούτου?) ξυνήψατο;

Sophoclis fr. 518.

βιοτῆς μὲν γὰρ χρόνος ἐστὶ βραχύς,
κρυφθεὶς δ' ὑπὸ γῆς κεῖται τεθνεῶς
τὸν ἅπαντα χρόνον.

Primo obtutu malis κείσῃ, sed si sciremus qua opportunitate haec dicta sint, fortasse aliter iudicaretur.

Sophoclis fr. 526.

ἀλγεινά, Πρόκνη. δῆλον· ἀλλ' ὅμως χρεῶν
τὰ θεῖα θνητοῦς ὄντας εὐπετῶς φέρειν.

Θνητὰ coniecit Nauck probante Meinekio, sed non video quidni mala divinitus immissa recte θεῖα dicantur. Cf. fr. 197 πῶς οὖν μάχουμαι θνητὸς ὦν θεῖα τύχη. Accedit quod sequente θνητοῦς multo facilius θεῖα in θνητὰ quam θνητὰ in θεῖα depravari potuit.

Sophoclis fr. 600.

πόλλ' ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὄρᾳ.

Sententia vix integra. Fortasse in versu praegresso fuit κακά, v. c. ἐπεὶ κακά | πόλλ' κτέ. Cf. ad fr. 76.

Sophoclis fr. 621.

οὐ τοι γυναικὸς οὐδὲν ἂν μείζον κακὸν
κακῆς ἀνὴρ κτήσασαίτ' ἂν οὐδὲ σῶφρονος
κρείσσον· παθῶν δ' ἕκαστος ὦν τύχη λέγει.

Ultima verba significant: *expertus autem quisque quae nactus sit dicit*, sed quomodo haec quadrent in praegressa prorsus me latet. Expectatur enim huiusmodi sententia:

παθῶν δ' ἕκαστος οἶδ' ὡς εὖ λέγω.

qualem sententiam quibus verbis poeta enuntiaverit me ingeniosioribus quaerendum relinquo.

Sophoclis fr. 777.

Σειρήνας εἰσαφ(ικόμην)

Φόρκου κόρας θροοῦντε τοὺς "Αἶδου νόμους.

Malim κόρα.

Euripidis fragm. 21.

δοκεῖτ' ἄν οικεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας

λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ; κτέ.

Requiro ἦ, *ubi*. In praegresso versu fuisse εὖ vel καλῶς iam olim monui.

Tragoedia Euripidea Ἀλέξανδρος continuisse videtur λόγων ἀγῶνα inter Paridem eiusque fratrem Deiphobum coram Priamo, quo cum alia fragmenta pertineant tum fr. 56, ubi ille ad patrem se convertens dicit:

ἄναξ, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν·

ἀγλασσία δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνήρ

δίκαια λέξας ἦσσον εὐγλώσσου φέρι

et fr. 57, ubi Deiphobum ceterosque fratres alloquitur dicens:

ᾧ παγκάκιστοι καὶ τὸ δούλον οὐ λόγῳ (τύχη Cobet)

ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ (ἐν τῇ φύσει idem) κεκτημένοι

et fortasse fr. 54 et 55.

Contra ex adversarii oratione sumi potuerunt fr. 47, 48, 49, 50, ad eam vero scenam, ubi Paridi imminet intentata a Deiphobo caedes, pertinere videntur illius verba in fr. 58

οἶμοι, θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,

ὃ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία

et ad fabulae exitum Priami ad Hecubam verba, quae servavit fr. 62

Ἐκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἀελπτον ἔρχεται

θνητοῖσιν, ἔλκει δ' οὐποτ' ἐκ ταυτοῦ τύχας,

ubi Busch non male coniecit:

θνητοῖς, νέμει γὰρ οὐποτ' κτέ.

Cf. fabulae argumentum apud Hyginum, allatum a Nauckio.

Euripidis fr. 52.

περισσόμυθος ὁ λόγος, εὐγένειαν εἰ

βρότειον εὐλογήσομεν.

τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὄτ' ἐγενόμεθα,
 διὰ δ' ἔκρινεν ἅ τεκοῦσα γὰ βροτούς,
 ὁμοίαν χθῶν ἅ πασιν ἔξεπαίδευσεν ὄψιν·
 ἴδιον οὐδὲν ἔσχομεν· μία δὲ γονὰ
 τό τ' εὐγενές καὶ τὸ δυσγενές·
 νόμῳ δὲ γαῦρον αὐτὸ κραίνει χρόνος.
 τὸ φρόνιμον εὐγένεια καὶ τὸ συντετὸν
 ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.

Locus multifariam corruptus, non enim tantummodo necessaria negatio excidit e vs. quarto, quam variis modis restituere conatos esse viros doctos docet Nauckii adnotatio, sed etiam deest non minus necessaria particula adversativa in vs. quinto, ubi praeterea post γὰ male abundat χθῶν (codices variant in χθῶν, χεῶν, χέων) et ineptissimum est verbum ἐκπαιδεύειν, et in vs. 8 αὐτὸ non habet quo referatur. Denique non iniuria verba ultima τὸ φρόνιμον — πλοῦτος ut poeta indigna Nauck Euripidi abiudicat. Vs. 5 sqq. vide an sic restitui possint:

ὁμοιόχρωτα πασι δ' ἔξεφίτυσεν ὄψιν·
 ἴδιον οὐδὲν ἔσχομεν· μία δὲ γονὰ
 τό τ' εὐγενές καὶ τὸ δυσγενές.
 νόμῳ τὸ γαῦρον τοῦτο κραίνει χρόνος.

i. e. sed similitum corporum omnibus creavit speciem. Peculiare accepimus nihil, sed unum genus est nobile et ignobile. More istam superbiam (qua scil. alii alios contemnimus) efficit tempus. Vox νόμῳ, opposita τῇ φύσει, cum gravi accentu sententiam ordiens, legitimum reddit asyndeton, ut ἴδιον in vs. sexto.

Euripidis fr. 78.

γυναῖκα καὶ ὤφελίαν
 καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρειν
 μέγιστον ἐδίδαξα τῶμψ λόγῳ.

Perperam καὶ ὄνασιν proposuit Wecklein. Nam e duplici καὶ apparet agi de rebus funditus diversis, sed ὤφελία et ὄνησις, ἢ ὤφελειν et ὄνινάναι, notiones sunt prorsus ἰσοδύναμοι. Optime vero se habet tradita lectio, modo intellegamus uxorem marito prodesse et obesse, prout bona sit aut improba.

Euripidis fr. 96.

σκαῖόν τι χρῆμα πλοῦτος ἢ τ' ἀπειρία.

Levidensi vitio ita scribitur pro ἢ δ' ἀπειρία, nam manifeste articulo locus non est. Frequenter sic in divitias invehitur poeta, velut in fr. 163

ἀνδρὸς φίλου δὲ (δὲ φαύλου Gomperz) χρυσὸς ἀμαθίας
ἄχρηστος, κτέ. [μέτα

Euripidis fr. 153.

ὃ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸ δ' ἀπέκρυπεν
θεὸς ἐκ κείνων τῶν ποτε λαμπρῶν.

Ingeniose F. G. Schmidt coniecit: τὸν δ' ἔρριπεν et κτεάνων αὐτ' τιμῶν, sed κείνα τὰ λαμπρὰ (scil. πράγματα) nescio an recte dicantur *illa praeclara sive splendida*. Pro illo dubito an melius legatur τὸν δ' ἤρειπεν aut ἐκάλυπεν, quo sensu verbum adhibuit Sophocles O. C. 283, quae si vera est lectio, praepositio ἐκ, ut saepe, usurpatur de mutata rerum conditione.

Euripidis fr. 166.

τὸ μῶρον αὐτῷ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἐνι κτέ.

Recte emendatum videtur αὐτῆ, scil. Antigoniae (huius enim fabulae hoc fragmentum est) et τοῦκ πατρός, sed fortasse non prorsus inutile est monere, non iungendum esse τὸ μῶρον νόσημα, sed νόσημα appositum esse voci τὸ μῶρον = τὴν μωρίαν.

Euripidis fr. 216.

οὐ χρὴ ποτ' ἀνδρα δοῦλον ὄντ' ἐλευθέρας
γνώμας διώκειν οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν.

De vitio suspectum mihi est ἀργίαν. Nam est quidem hominis liberi σχολάζειν, non vero est ἀργεῖν. Quid tamen substituendum sit me latet.

Euripidis fr. 219.

κόσμος δὲ σιγῆ στεφανὸς (ita olim correxi pro σιγῆς
στέφανος) ἀνδρὸς οὐ κακοῦ·
τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦτ' (istud) ἡδονῆς μὲν ἄπτεται
κακὸν δ' ὀμίλημ' ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

Correxerim:

κακὸν δ' ὀμίλημ' ἐστ' ἔτησι καὶ πόλει
sive ἔτη τε καὶ πόλει, *privatim et publice*. Cf. Aeschylis fr. 374
οὔτε δῆμος οὔτ' ἔτης ἀνήρ, ubi consulatur Nauckii adnotatio.

Euripidis fr. 294.

φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες,
εἰς τὰπίσημα δ' ὁ φθόνος πηδῶν φιλεῖ.

F. G. Schmidt proposuit φθονοῦσι γαύροις, sed manifesto *superbis* (hoc enim solum vox γαῦρος denotat antiquiore Graecitate) hic locus non est. Praestat φθονοῦσ' ἀρίστοις, quamquam fieri potest, ut locus negligentius excerptus hanc notionem in praecedenti versu continuerit, ita ut vitio careat αὐτοὶ.

Euripidis fr. 322, 4.

οὐδείς προσαιτῶν βίον ἠράσθη βροτῶν
ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἠβητῆς πέφυχ' ὄδε.

Frustra nuper Headlam:

ἐν τοῖς δ' ἔχουσι <βίον vel μᾶλλον> ἠβητῆς ὄδε
πέφυχ'.

Nam *puer* Graecis erat Amor, non *puer*, et rectissime reliqui crit' i omnes ipsum ἠβητῆς vitiosum esse senserunt. Non male ἀβροβάτης quamvis incerta coniectura proposuit Gomperz.

Euripidis fr. 362, 29.

κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες ἢ νομίσματος
ἢ πόλεος ἐμπεσόντες (ἐμπαίσαντες?) εἰς ἀρχὴν τινα
σκιρτώσιν, ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων.

Incredibile est hyperbaton ἐμπλησθέντες ἢ pro ἢ ἐμπλησθέντες. Fortasse corrigendum

κακοὶ γὰρ ἦτοι ἔμπλημενοι νομίσματος κτέ.

ut Attica participii forma minus nota librariis cesserit vulgatiore ἐμπλησθέντες.

In eodem fragmento me advertunt asyndeta vs. 5 sqq.

πρῶτον φρένας μὲν ἠπίους ἔχειν χρεῶν
τῷ πλουσίῳ τε τῷ τε μὴ διδοῦς μέρος
ἴσον, σεαυτὸν εὐσεβεῖν πᾶσιν δίδου.
δυοῖν παρόντων πραγμάτων πρὸς θάτερον
γνώμην προσάπτων τὴν ἐναντίαν μέθες.
ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ χρήματ', κτέ.

Quae versuum 7 et 9 asyndesia tribuenda videtur praecceptorum quae proponuntur diversitati.

Euripidis fr. 510.

παπαῖ, νέος καὶ σκαιὸς οἷός ἐστ' ἀνὴρ.

Hunc vocabuli οἷος usum vix reliqui loci tuentur, ubi adiectivorum superlativorum aut superlativam notionem habentium, quibus postponitur, vim auget. Hic potius οὔτος expectaveram.

Euripidis fr. 522.

εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνοσ,
γυναιξὶ δ' ὀπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναί·
ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες
κεῖνοι τ' ἂν οὐδὲν εἶεν οὔθ' ἡμεῖς ἔτι.

Probat Nauck Dobrei correctionem ἂν pro γὰρ, sed nescio an praestet δ' ἂν. Risum vero movet quod Holzner proposuit ἐκ τῶν ἐφ' ἰστοῖς νημάτων πεπτωκῶτων. Ἐκπίπτει ἐκ τῆς

ἐπιστήμης significat ἔξ ὧν ἐπίστανται, ut ἐκπίπτειν ἐκ τῆς ἐλπίδος denotat ἔξ ὧν τις ἐλπίζει, nec quidquam est sanius.

Euripidis fr. 572.

ἔν ἐστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τουτί (?)

φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως; κτέ.

Graecum sane est hoc sensu συμπίπτειν, sed Euripides alibi constanter utitur verbo προσπίπτειν. Primum versum alii aliter corrigunt, novissime Tucker scribendo δέον, possis etiam χρεών, sed prorsus incerta est correctio.

Euripidis fr. 573, 4.

καὶ καρδίας ἔλυσσε τοὺς ἄγαν πόνους.

Ἐπαυσε malebat Nauck, sed cf. Pindar. Pyth. IV 41.

Euripidis fr. 579.

πάλαι πάλαι δὴ σ' ἐξερωτῆσαι θέλων,

σχολή μ' ἀπείργε.

Quo pacto otium aliquem impedire possit quominus aliquid roget, prorsus me latet; ipsum contrarium, negotium, intellegerem. Sed salva res est; una deleta literula corrige

σχολή μ' ἀπείργε

sive tua sive mea ira intellegenda est. Notum est litteram χ in codicibus saepe sic exarari, ut a σχ vix distinguī possit.

Euripidis fr. 603.

αἰνῶ. διδάξει δ', ὦ τέκνον, σε βούλομαι.

ὅταν μὲν ἦς παῖς, μὴ πλέον παιδὸς φρονεῖν,

ἐν παρθένους δὲ παρθένου τρόπους ἔχειν,

ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσης.

〈τᾶνδον φυλάσσειν ἐν δόμοις καθημένην supplet Headlam〉,

τὰ δ' ἄλλ' ἀφείναι μηχανήματ' ἀνδράσιν.

Priore loco pro ὅταν aptius est ἔστ' ἂν, quamdiu.

Euripidis fr. 610.

φθείρου· τὸ γὰρ δρᾶν οὐκ ἔχων λόγους ἔχεις.

Multo acutius hoc dictum est quam quod viri docti proposuerunt λόγους λέγεις aut ἐρεῖς. Significat enim λόγους ἔχεις ἀντ' ἔργων.

Euripidis fr. 620.

κλύετ' ὦ μοῖραι Διὸς αἴ τε παρὰ

θρόνον ἀγχοτάτω θεῶν ἐζόμεναι.

Sensu cassum est τε, et reponendum γε. Praeterea Μοῖραι maiore littera initiali scribendum est. Θεῶν non pendet ab ἀγχο-

τάτω, sed est genetivus partitivus. Verte: *audite Parcae, quae quidem ex deorum numero proxime Jovis solium considetis.*

Euripidis fr 668.

ἄνευ τύχης γάρ, ὡσπερ ἡ παροιμία,
πόνος μονωθείς οὐκέτ' ἀλγύνει βροτούς.

Pro ultimis verbis apte coniectum est οὐκέτ' ἀλδαίνει βροτούς vel οὐδὲν ἀλφάνει βροτοῖς, quarum suspitionum ultra probabilior sit difficile dictu est. In ἄνευ τύχης — μονωθείς, quod eadem abundantia dictum est quam ἄνευ — μόνος Arist. Lys. 143. Plat. Conv. p. 217 A, mirum est summos criticos haesisse, in quibus Badham et Cobet, qui sine ulla sententia ἄνευ τύχης in ἄν (ἦν) εὐτυχῆς mutare voluerunt, quamvis ipsum contrarium ἦν δυστυχῆς minus absurdum fuisset. Ab hac quidem parte non peccavit Vitelli coniciens πόνος πονηθείς et cogitari poterat de expungendo ἄνευ tanquam glossa, sed quod dixi, nihil mutare longe praestat.

Euripidis fr. 773, 20.

Chor.

. κατὰ γὰν
. δειλα . . α . κα . . . μαι.

Locus Phaethontis fabulae desperatus, ubi tamen, ut arguunt verba sequentia μέλπει δ' ἐν δένδρεσι λεπτὰν | ἀηδῶν ἀρμονίαν ὀρθρευομένα γόοις κτέ., apparet auroram describi. Comparari potest Ionis Euripidei canticum vs. 82 sqq.

ἄρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων
ἥλιος ἦδη κάμπτει κατὰ γῆν κτέ.

Euripidis fr. 866.

Alexander Rhet. vol. 8 p. 440 sq. ἐπιμονή — ἡ ἐπὶ πλείον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ νοήματος ἐπιμονή μετὰ αὐξήσεως. Εὐριπίδης
ἀλλ' ἦδε μ' ἐξέσωσεν, ἦδε μοι τροφός,
μήτηρ, ἀδελφή, δμῳίς, ἄγκυρα στέγης.

At tria ultima vocabula aperte frangunt climacem itaque ex alio ἐπιμονῆς exemplo, sive ex eodem sive ex alio poeta desumto, reliquis adhaesisse videntur. Lacuna igitur statuatur post ἀδελφή.

Euripidis fr. 919.

Cornutus Theol. Gr. comp. c. 20 p. 35, 15. κορυφή δὲ θεῶν κατὰ τὸν Εὐριπίδην

ὁ περίε χθόν' ἔχων
φαεννὸς αἰθήρ.

Quo sensu aether *deorum cacumen* sive *vertex* dici poterit, plane me fugit. Vereor igitur ne Cornutum codicis mendum deceperit, et poeta dederit:

ὄροφῆ δὲ θεῶν ὁ περίξ χθόν' ἔχων
φαεννὸς αἰθήρ.

Euripidis fr. 953, 1.

ὦ πάτερ, ἐχρῆν μὲν οὖς ἐγὼ λόγους λέγω
τούτους λέγειν σε.

Sive cum Nauckio scribendum est ἔγωγ' ἐρῶ λόγους, sive mecum ἐρῶ λόγους ἐγώ, dubium non est quin propter oppositionem requiratur emphaticum σέ.

Ibidem vs. 34 sq.

ὄτ' ἦν ἐγὼ παῖς, τότε σε χρῆν ζητεῖν ἐμοὶ
ἄνδρ' ὦ με δώσεις.

requiro optativum δώσοις

Euripidis fr. 1029.

οὐκ ἔστιν ἀρετῆς κτήμα τιμιώτερον·
οὐ γὰρ πέφυκε δούλον οὔτε χρημάτων
οὔτ' εὐγενείας οὔτε θωπείας ὄχλου,
ἀρετὴ δ' ὄσωπερ μᾶλλον ἂν χρῆσθαι θέλης,
τοσῶδε μείζων αὔξεται τελοῦμένη.

Nisi confugere quis malit ad violentum Meinekii remedium substituentis pro inepto participio καθ' ἡμέραν, quaerendum est verbum aptius. Tale est quod olim Wordsworth proposuit μειομένη, sed etiam praestare mihi videtur lenior correctio haec:

τοσῶδε μείζων αὔξεται ἄναλουμένη.

Dum reliqua κτήματα ἀναλούμενα minuuntur, virtus ἀναλουμένη crescit.

Euripidis fr. 1044.

οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερόν λίθον
ῥᾶον κατασχεῖν οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.

Licet nemo sanus probaverit F. G. Schmidtii (Krit. Stud. II p. 507) coniecturam:

ὄτ' ἐκ χερῶν ἀφέντα κάρτα καὶ πέτρον
ῥᾶον κατασχεῖν ἢ τιν' ἀπὸ γλώσσης λόγον,

negari tamen nequit eum iure haesisse in καρτερόν improbantem Cobeti coniecturam καρτερᾶς, quia sit nihil ad rem aut lapidis aut manus κράτος. Sed huic quidem malo facile medebimur reddentes poetae

οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα μάρμαρον λίθον (πέτρον?),

collato Phoen. 1401

λαβῶν δ' ἀφήκε μάρμαρον πέτρον,
ut scripsit Homeri secutus exemplum Il. XVI 735
πέτρον μάρμαρον ὀκριόντα.

Alteram movit difficultatem idem vir doctus contendens, etiamsi possit Nauckio auctore defendi comparativus ῥῆον, non posse defendi quod *difficilius* esse dicatur id quod omnino fieri non pos. it. Quia tamen in Plutarchi loco de garrulitate p. 507 A, quem affert Nauck, legitur οὔτε γὰρ πτηνὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀφέντα ῥᾶδιόν ἐστιν αὐθις κατασχεῖν οὔτε λόγον ἐκ τοῦ στόματος προέμενον vanam hanc quidem molestiam esse apparet, et existimandum est formulam οὐ ῥῆον *ironicam* esse *litoten* pro οὐ δυνατόν, sive οὐχ οἶόν τε. Ceterum si, quae fuit Nauckii sententia, Plutarchus hunc ipsum Euripidis locum respicit, statuendum aut eum πτηνὸν memoriae lapsu scripsisse, aut hunc esse librarii errorem pro λίθον, aut denique similem alius poetae locum philosopho Chaerōnaeensi obversatum esse. Quod si ita est, parum caute ageremus, si Nauckio obtemperantes, in fragmento Euripideo e Plutarcho reponeremus: οὔτ' ἐκ χειρῶν ἀφέντες.

Euripidis fr. 1058.

ἐγὼ γὰρ ἔξω λέκτρα αὐτοῖς καλῶς ἔχειν
δίκαιόν ἐστιν, οἷσι συγγηράσομαι.

Acute Headlam:

ἐγὼ γὰρ ἔξω λέκτρ', ἃ τοῖς καλοῖς ἔχειν κτέ.

Sed parum aptum est καλοῖς, pro quo ἐσθλοῖς sive κεδνοῖς expectatur.

Euripidis fr. 1063, 2.

οὔποτ' ἄνδρα χρὴ σοφὸν

λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς δόμων·
ἐρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θύραθεν ἡδονῆς.
ἐν δ' ἀφθόνοισι τοῖσδ' ἀναστρωφωμένη
βλέπουσά τ' εἰς πᾶν καὶ παροῦσα πανταχοῦ
τὴν ὄψιν ἐμπλήσασ' ἀπήλλακται κακῶν· κτέ.

Legendum videtur vs. 3

ἐρᾷ γὰρ (sc. ἄλοχος) ὄψεως τῶν θύραθεν ἡδέων,
quod cum per se melius dictum est, tum multo commodius coniungitur cum versu sequenti:

ἐν δ' ἀφθόνοισι τοῖσδ' ἀναστρωφωμένη.

Euripidis fr. 1066.

ἢ τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασιν λελείμμεθα,
ἢ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.

Cum Maehlyo requiro τῶν — χρημάτων. Si quid praeterea novandum, non καὶ pro ἧ scripserim, sed potius εἰ cum Gesnero, ita tamen ut in altero versu legam

ἢ γ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.

Euripidis fr. 1109, 4.

νῦν γὰρ κακῶς πράσσουν ἐν μάχῃ δορὸς
λόγῃ βιαίως Ἐκτορος στροβουμένη.

Elegantiae Euripideae est ἐν πάλῃ δορὸς, ut legitur Heracl. 160 εἰς πάλῃν καθίσταται δορὸς τὸ πρᾶγμα. Cf. etiam fr. adesp. 72 ἐς Οἰδίου δὲ παιδε — Ἄρης κατέσκηψ' ἕς τε μονομάχου πάλῃς ἄγωνα νῦν ἐστᾶσιν, quod fragmentum similiter Euripidi vindicaverim. Procul dubio olim in codice legebatur ἐν πάλῃ δορὸς.

Adespot. fr. 91.

ἀπόλωλα (δῶλα Nauck): πέπλων μ' ὤλεσαν περιπτυχαί.
Haec verba dici potuerunt ab Hercule, fatali Deianirae pallio induto, potuerunt a Creüsa, Medae circumventa dolis.

Adesp. fr. 127.

φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον
καὶ μεγάλων πεδίων ἀρούρας,
φρονεῖθ' ὑπερβαλλόμενοι κτέ.

Haud dubio scribendum φρονεῖτέ νυν, sed dubitabundus propono

φρονεῖτέ νυν αἰθέρος ὑψηλότερον
παμμεγάλων πεδίων ἀρούραις,
ne opus sit cum Meklero statuere lacunam post hunc versum. Si recte ita conieci, ἀρούραις est dativus instrumenti, de causa moventi usurpati. Non enim ignoro apud antiquiores formulam μέγα φρονεῖν constanter iungi cum praepositione ἐπὶ c. D., quam sequiores interdum omittunt. De reliquis alibi monui.

Adespot. fr. 138.

ἐπεὶ σχολὴ πάρεστι, παῖ Μενoitίου.

Fortasse Antigoniae Euripideae particula est hic versus.

Adespot. fr. 208.

Hesychius

ἐμπεδῆς γαμόρος μάρψεν Ἄιδης.
ἔμπεδον ἔλεγον τὸν Ἄιδην, ὡς Ἰππῶναξ. ἀντίον τοῦ οὔν (οὔν τοῦ?) ἔμπεδος χθόνιος, οἱ δὲ οὕτως· ὁ Ἄιδης ἐπιμελής ἐστὶ γαμόρος καὶ ἀσφαλής, οὐκ ἀμελῶν οὐδενός, ἀλλ' εἰς τὴν γῆν λαμβάνων τὴν μερίδα, οἷον τὴν γῆν μεριζόμενος.

Adnotat Nauck ' locus corruptus criticorum conatus elusit. afferrī ab Hesychio Aeschylea verba ἐμπέδας σε γαμόρος μάρψειεν Ἄιδης coniecit Burges in Aesch. Suppl. p. 193. pro ἐμπέδῃς alios ἐμμελῆς legisse, poetam ἐμ πέδῃς scripsisse suspicatur M. Schmidt'.

Ut primum Schmidtio respondeam, ἐμμελῆς alios legisse ex Hesychii verbis non potest effici, quoniam addit καὶ ἀσφαλῆς, quod respondet adiectivo ἔμπεδος, si autem genuina lectio fuerit ἐμπέδῃς, Ionico alicui poetae fragmentum tribuendum, quae opinio tamen refutatur sequenti γαμόρος pro γημόρος.

Locus vero haud dubie corruptus est, nam neque ἐμπέδῃς vox Graeca est neque, vel si ἔμπεδος legimus, probabilis exire videtur sententia. Vix igitur dubito quin vetus aliqua corruptela grammaticos deceperit, et suspicari ausim latere criticorum reliquias hasce:

ἐμπέδ(α)ῖς γ' ἀμ(μ)όρο(υ)ς μάρψεν Ἄιδης ὄω.

Adespot. fr. 288.

οὐ μνημονεύω· μὴ λίαν μ' ἡγοῦ σοφόν.

Cf. Eur. Hipp. 518 ὅπως μὴ λίαν φανῆς σοφῆ. Med. 310 εἶμι δ' οὐκ ἄγαν σοφῆ. Ibidem 295 παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς. Si porro reputamus nullum poetam tam frequenter usurpasse adiectivum σοφός quam Euripides (cf. trium tragicorum lexica), non abhorret a probabilitate suspicio, hunc quoque senarium eidem poetae tribuendum esse.

Adespot. fr. 357.

τῆς δειλίας γὰρ αἰσχρὰ γίγνεται τέκνα.

Quoniam Graece optime dixeris ἢ δειλία αἰσχρὰ τίκει, dubito num necessaria sit Nauckii coniectura τέλη. Illius usus metaphoricī permulta reperies exempla in tragicorum poetarum et Nauckii horum fragmentorum lexicis.

Scriebam Traiecti ad Rhenum mense Novembri a. 1902.

H. van Herwerden.